Censura S. facultatis Theologicæ Parisiensis la-
ta in Libellum, cui titulus est.

Seconde Lettre de Monsieur Antoine Arna-
uld Docteur de Sorbone pour Seruir de res-
ponce à plusieurs escrits, que ont esté publiés
contre sa premiere Lettre.

Cum ante Menses aliquot M. Antonius Arnauld Doc-
tor Sorbonicus Gallice scripsisset, atque in uulgus
edidisset Epistolam quamdam hoc titulo, Seconde
Lettre de Mr. Arnauld Docteur de Sorbone à un
Duque, et Pair de france Magr. Dionisius Guy-
art Sindicus 4. Mensis Nouembris eiusdem anni
1655. in comitijs generalibus S. facultatis Parisiensis
apud Sorbonam, post missam, ut moris est de Spi-
ritu Sancto coelebratam, dixit ista in Epla à uiris
doctis et pijs quędam notata, que tum Summi Pon-
tificis, et Episcoporum authoritati aduersarentur,
tum etiam cum fide Catholica, et decretis facultatis
pugnarent, cui rei, ut mature, et serio prouideret
facultas, illius Eplæ legendæ, et examinandæ curā
commisit Sex Sapientissimis Magris nostris, una
cum Domino Decano, et Sindico, qui quidem, cū
per Mensem Nouembrem eam in rem Sedulo, ac dili-
genter incubuissent, atque inter se diu ac multum
contulissent prima die Decembris eiusdem anni 1655.
in Generalibusq. comitijs, ut supra facultati retule-
runt in ea Epistola inter alia reprehensione di-
gnissima, ea presertim obseruasse, quę perspicu-
itatis, et compendij causâ reduci posse uiderentur
ad duo Capita, siue ad duas quęstiones, uel proposi
tiones, quarum altera diceretur facti, altera Iuris

Questio facti processit eo quod Dnus Arnaldus asseruit se non legisse in Jansenio illas quinque propositiones, quas damnauit S.mus Dominus Innocentius X.

propositio Juris est hec Interim hec magna veritas stabilita per euangelium et firmata per Sanctos Patres, qua ostendimus in persona Sancti Petri aliquem iustum, cui gratia, sine qua nihil potest fieri defuit, quando non potest dici quod non peccauerit, in momento deuenit heresis Caluini, si credimus discipulis Molinę

Juris, priorem illum his uerbis contineri pagina 49 ce seigneur a fort bien iuge et c. pag. 103. Mais pourquoy disent yls pagin. 149. Apres tous ces exemples et pagina 152. Ance quelle iustice &c. Hanc autem posteriorem hac potissimum periodo comprehendi pag. 226. Cependant Monseigneur cette grande uerite establie par l'Euangile, et attestee par les peres, que nous monstrerent un iuste en la personne de S. Pierre, à qui la grace sans laquelle en non ne peut rien a manque en un occasion où l'on peut pus dire, qu'yl ne ayt peche est deuenu de un coup l'heresie de Caluin si nous creyons les disciples de Molina.

Quibus auditis S. facultas de re tota per duos Menses integros habitis fere quotidie apud eamdem Sorbonam Solemnibus comitijs deliberauit, et post accuratam disquisitionem, tandem decreuit priorem illam questionem, siue propositionem, que est facti, esse temerariam scandalosam, et iniuriosam Summo Pontifici et Episcopis Galliae, atque etiam prebere occasionem reuocandae ex integro, post damnationem, doctrinae Jansenij.

Hanc autem posteriorem, que iuris dicitur esse temerariam impiam, blasfemam, anathemate damnatam et hereticam. Optaret sane, et ex animo optaret S. facultas predicti Magni Antonij Arnauldi, damnata doctrina, personam seruari, quippe sibi charissimam, tanquam filium Matri, et eam in rem, sepe ipsum per amicos, tentata est ut veniret ad Comitia matrique se subijceret, eiuraretque falsam et pestilentem doctrinam, idem cum ea sentiret, et vnanimi, et una

cum ea corde, et ore honorificaret Deum et Pa-
trem, Domini nostri Iesu Christi, verum non mo-
do amantissimae parentis suae consilia, et horta-
menta contempsit, sed etiam die 27. Mensis
presentis per apparitorem Regium, eidem facul-
tati, significauit se pro irrito, et nullo habere
quidquid ipsa in re presenti egisset, acturaque
esset. Quare eadem facultas ipsum à sinu suo
repellendum, expungendumque ex albo Doctorum
suorum, atque à corpore suo planè resecandum
censuit, et ipso facto expulsum, expunctum resec-
tumque declarat, nisi intra diem 15. Mensis Fe-
bruarij proximè sequentem, mentem suam mu-
tauerit, et huic presenti censurae subscripserit co-
ram Domino Decano, Ill.mis Episcopis, Doc-
toribus, et predictis deputatis, et ne longius ser-
pat superior illa Arnaldi doctrina, et quasi
lues, quae multorum animos occupauit eadem
facultas decreuit, neminem post hac, aut è Doc-
toribus ad Comitia, et alia quelibet iura ad ipsas
pertinentia, aut è Bacchalaureis ad ullos actus
Theologicos, siuè ad disputandum, siuè ad respon-
dendum, aut è Theologiae candidatis ad suppli-
candum, ut uocant pro primo cursu uel tentati-
ua respondendum admissum iri, nisi ante huic
quoque Censurae subscripserit, atquè etiam si quis-
quam Arnaldi superiora illa probare, asserere,
docere, predicare, scribereue sit ausus, eum ab
eadem facultate prorsus expellendum esse decre-

decrevit. Insuper hanc Censuram suam prelo man-
dandam, et publicandas, ut omnes intelligant quan-
tum eadem facultas pestilentem, et exitialem illas
doctrinam execretur, et detestetur. Actum Pari-
sijs in facultate Theologiæ comitijs, die ultima
Januarij anno 1656, et confirmatur die 1.° febr. e-
dem anni

Censura de la facultad Parisiense año de 1656
Contra Antº Arnauld Doctor de ella sobre
La doctrina de Jansenio.